

studiosius in illius scripta oculos intendamus, brevi fiet, ut ejus mentem non nobis aduersantem hac in re demum assequamur. Itaque , Hilario testante , in *Sinum Abrahæ Justi e terrena vita dimissi feruntur*. Illuc etiam translata dicitur in Evangelio Anima Lazari pauperis. Sed numquid illa ibi dormit , remota a Visione Patris , ant Christi Domini , quod putavit Burnetus ? Apage . Repetenda sunt Hilarii verba in Psalm. 11. num. 48. *Testes nobis Evangelicus Dives & Pauper : quorum unum Angeli IN SEDIBUS BEATORUM, & in Abrahæ Sinu locaverunt ; Alium Statim Pœnæ Regis suscepit . Quid sit Abrahæ Sinus, percontaris ? Sedes Beatorum , atque idem Locus , quem Liturgie vestitissimæ nuper descripserunt , uti ineffabilis Beatitudiniis domicilium. Et sane si Improbos e præsenti Sæculo decedentes confestim Pena excepit , Divinam Clementiam pariter decet , Probos quoque vicissim ad Præmium sine mora transire . Quei enim Deus , qui pœnitentiam potius , quam mortem peccatorum amat , tam festinus ad malos puniendos fit , tam piger ad bonos præmio donandos ? Neque enim obstat Solemne Judicium a Domino in fine Mundi habendum . Tunc divinus Judex Beatitudinem aut Peñam , jam coemptam in Animabus , in coniuncto Corpore augebit , totam hominem beans aut puniens , eamque Æternam fore pronuntiabit . Tunc etiam universo Orbi nota faciet , quæ præcessere occulta de Justis ac Injustis judicia sua . Homines nequam Hilarius vix mortuos in Peñam ac Ignem rapi nuper dixit . Tum subdit : *Nibil illie dilationis aut more est . Judicij enim dies vel Beatitudinis retributio est Æterna, vel Pœna . Tempus vero mortis babet interim unumquemque suis legibus ; dum ad Judicium unumquemque aut Abraham reservat , aut Peña . Si Judicium postremum erit Retributio æterna Peñæ , quam Improbi , fatente Hilario , statim a morte subierunt : ergo & ipsum erit Retributio æterna Beatitudinis , cuius participes ante Probi fuerunt effeci . Quod diserte nuper confessus est ipsem Hilarius , dum *Sinum Abrahæ Sedes Beatorum appellavit* . Rursus ille in Psalm. cxviii. Lit. 18. num. 10. ait : *Æterna Dei testimonia Lazarus pauper exspectans , & Abrahæ Sinu continetur , & miseriam vitæ laboriose , BEATAE QUIETIS HONORE demutat .* Et in Psalm. cxxii. num. 11. Idcirco ANIMA ejus ab Angelis post carnis dissolutionem BEATA in Abrahæ Sinum feriur . Iterum eundem audi in Psalm. lviii. num. 6. ubi repetit , crucianos igne Peccatores sine cunctatione post mortem : adveniente autem universalis Judicio , unumquemque sive bona , sive mala , percepturum in Cæno ; atque Animam Divitum interim in Igne torqueri . Tum addit : *Sed inter haec Justi Cujusque tamquam Lazari in Sinu Abrahæ Requiescentis , Lætitia monstratur . Lætitia Justi , quem viderit vindictam quia deductum se per Angelos IN ÆTERNAM REQUIEM LÆTATUR .* Neque tibi dubitationem ingerant voces illæ , *Quæ , Requies , Requiescere : nam , ut supra cap. iv. animadvertisimus , hilæ ipsis verbis ac phrasibus Beatitudo Sanctorum designabatur a Sanctis Patribus , atque eodem sensu ipsis adhuc utitur Ecclesia in sacris .* Neque Hilario diversa mens fuit . Is**